



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 107. Rex Poloniæ a Papa privilegiis auctus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

ro illis solemniter obviam procedebant, hi vero toto, quo Constantiæ morabantur, tempore plena libertate fruebantur, sacra sua secundum proprium ritum ac cæremónias peragendi. Verum hæc legatio optato successu omnino caruisse videtur. Raynaldus tamen Baronii continuator recenset Martini V. epistolam ad Emanuelis Filios datam, in qua eis significat, Græcam legationem satis benevole fuisse exauditam. Dupinus quoque refert, Eudemonem Joannem a Papa Constantino-
 polin remissum fuisse donis auctum, unacum illustris generis Virginibus, quæ Proceribus græcis matrimonio jungerentur, inter quas etiam fuere Montisferratenfis Filia Joanni Palæologo, necnon Ducis Urbinatensis Filia Theodoro Emanuelis fratri in connubium sociandæ. Pontifex enim, ut Raynaldus ex laudata epistola testatur, Græcorum filiis latini ritus foeminas ducere concessit, adjecta tamen conditione, ut hæc ritu latino libere viverent, ac sine fidei detrimento, aut Salvatoris contumelia S. Romanæ Ecclesiæ obedientiam profiteri valerent.

§. CVII.

Rex Poloniæ a Papa privilegiis auctus.

Ladislaus Poloniæ Rex ob conversos
 ad

Sæcul. XV.
 A. C. 1418.

Raynald. ad
 ann. 1418. n.

17.

Sæcul. XV. ad Christi fidem Samogitas, & præclara
 A.C. 1418. in Synodum studia, necnon ob plurimas
 suis sumptibus conditas atque dotatas
 Raynald. hoc Ecclesias de Sacra Sede optime meritum
 ann. n. 18. sese reddebat; quocirca summus Ponti-
 fex omnia privilegia a suis Prædecessori-
 bus Regi concessa rata habuit, editis
 hanc in rem Constantiæ quarta & deci-
 ma tertia Maji duabus Bullis. Insuper
 Ladislao prærogativam contulit Vicarii
 generalis Poloniæ ac Russiæ Polonicæ
 Ecclesiarum*. Privilegia quoque Withol-
 do magno Lithuanicæ Duci propter eadem
 merita olim concessa confirmavit, illum-
 que hujus Provinciæ nominavit Vicarium
 generalem, junctisque cum Imperatore
 studiis, unius anni inducias præcepit Po-
 lonos inter, & Ordinis Teutonici Equites,
 a die vigesima Julii computandas. De-
 nique imperatum Equitibus, ut in securi-
 tatem pacti quatuor urbes Polonis cede-
 rent, hac tamen conditione, ne easdem
 munimentis firmarent, nec etiam Rex Po-
 loniæ unquam sibi illarum dominium ar-
 rogaret. Alia quoque Constitutione Men-
 se Aprili data Martinus V. sacram mili-
 tiam indixit, Christianos Principes adhor-
 tatus, ut Joannem Lusitanicæ Regem con-
 tra Mauros, quibus jam Anno millesimo qua-

(*) in Bulla additum legitur: in tempora-
 libus.

quadringentesimo decimo quinto Septimæ Sæcul. XV.
eripuerat, subsidiariis armis iuvarent. A.C. 1418.

§. CVIII.

Damnatio libri Joannis de Falckenberg dilata.

Cum interea Gnesnensis Archiepiscopus cum Imperatore Parisiis ageret, ibidem seditiosum invenit librum, quem Johannes de Falckenberg Cameneciensis Dominicanus contra Regem, regnumque Poloniæ in gratiam Equitum Teutonicorum ediderat; quocirca Archiepiscopus Constantiam redux illius Auctorem ibi adhuc dum commorantem carceri mancipari iussit. Ceterum libellus iste inscriptus erat ad omnes Reges, Principes, Prælatos, ac denique universim ad cunctos Christi fideles, quos ut in Polonorum ac Ladislai eorum Regis interitum conjurarent, adhortatur, spe facta, se æternæ felicitatis præmia consecuturos. Habetur in Dlugosso Polonicæ Historiæ Scriptore damnationis sententia auctoritate Concilii in hunc librum lata, quæ, quamvis concordi suffragio decreta fuisset, nihilominus eam in nulla Sessione publica confirmatam legimus. Certum tamen est, quod Pontifex, qui cum adhuc Cardinalis esset, eidem subscripserat, ad Equitum Prussorum preces illam irritare

*Dlugoss. de
reb. Polon.
l. 21. p. 576.*

tare